

Latinitatem inter nationes!

**Te invitamus ad Septimanam Latinam Europaeam
anno MMXXI futuram.**

SEPTIMANA LATINA EUROPAEA XXXXI

QUANDO?

a die **XXXI m. Iulii** ad diem **VII m. Augusti** anno **MMXXI**

MODERATORES:

**W. Bohmhammel, Th. Gölzhäuser, D. Harbort, M. Harms, G. Heimann,
H.-C. Schröter**

UBI?

In domo „Höhenblick“, D-35619 Bruninfelsae prope Wetselariam (Chattia)

QUANTI CONSTAT?

Institutio: **100 Euro** vel **50 Euro** (discipulis et studiosis)

Pretium victus et pernoctationis: 241,50 Euro - 476,00 Euro. Pendet ex aetate et genere conclavium.

Si plura scire vis, scribe ad:

Thomas Gölzhäuser

Chattenhöhe 5

D-35630 Ehringshausen

numerus telephonicus: (+49)-6449-921919

inscriptio electronica: goelzhaeuserpost@hotmail.com

Inscriptiones ad Septimanam Latinam petuntur usque ad diem XV mensis Iunii, si fieri potest.

Vos, discipuli, studiosi, magistri sermonisque Latini amatores ad *Septimanam Latinam* invitamus. Discite Latine loqui! Cognoscite homines e diversis nationibus! Studia Latina vestra fructus ferent. Hoc inter colloquia, ludos, convivia experiemini et exercebitis. Novum aditum ad cultum Romanum atque Europaeum demonstrare volumus. Sermo Latinus quam ad litteras per saecula exprimendas tam in vita cottidiana adhuc valet. Etiam rem coquinariam Romanam colemus. Excursionem faciemus. Loca amoena ad ambulationes invitant. Apportate etiam, si vobis placet, instrumenta musica!

Saepe interrogamur, an in Septimana Latina totum per tempus Latine loquendum sit. Nemo cogitur; gaudemus quidem quam plurima audire verba Latina.

Si plura scire velitis, inspiciate etiam paginam interretialem: www.lateinwochen.de